



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313758>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

4.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,
QUAS,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIPICI
HENRICI EGBERTI VINKE,
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,
NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU
ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,
Pro Gradu Doctoratus
SUMMISQUE IN
JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
JANUS GUILIELMUS ALEXANDER SCHNEIDERS
VAN GREIFFENSWERTH,
Zierikseen sis.
A. D. XXVII M. SEPTEMBRIS A. MDCCCLIV, HORA II.



Trajecti ad Rhenum,
APUD L. E. BOSCH ET FILIUM ET VIDUAM P. MUNTENDAM ET FILIUM.
MDCCCLIV.

T H E S S.

I.

Conciliari inter se possunt Leges 12 § ult. D.
mandati et 108 D. de solut. et liberat.

II.

Inutiliter legatur: Stichum servum meum Titio do
lego, sed post mortem Titii liberum esse jubeo; nec
adversatur PAPINIANUS in L. 65 § 2. D. de leg. II.

III.

Dominus tantum, et qui jure domini est, opus
novum nuntiare potest.

IV.

Emtione venditione perfecta periculum rei venditae statim ad emtorem pertinet.

V.

Jusjurandum in litem minime in omnibus bonae fidei actionibus admittitur.

VI.

Liberi naturales in testamento olographo agnoscuntur non possunt.

VII.

Prodigus sine auctoritate curatoris non consentire potest filio uxorem ducenti.

VIII.

Legem Gallicam 3 m. Sept. 1807 ordinantem usuras legales et conventionales pecuniae creditae apud nos abrogatam non esse censeo.

IX.

Qui hereditatem pure adiit tamen legatariis et donatariis detrahere potest quod debitae portioni deest.

X.

Abstinendi jus a communione lucri et damni post mortem mariti mulieri tribuendum esse opinor.

XI.

Art. Cod. Merc. 3 et 4 *limitative* non *enuntiative* intelligendi sunt.

XII.

Acceptans solvere non tenetur si patet subscriptio-
nem nominis trassantis falsam esse.

XIII.

Ex art. 321 Cod. Merc. constat derelictionem posse locum habere tam propter obligationes ex contractu quam ex delicto.

XIV.

Qui foro cedit, facultatem de rebus suis disponendi amittit a die denuntiationis, non a die sententiae.

XV.

Art. 207 al. 2 Cod. Quaest. Crim. derogat articulis 220 et 245 C. P.

XVI.

Art. 303 C. P. abundare opinor.

XVII.

Qui sine animo occidendi aliquem vulneraverit , morte praeter voluntatem secuta , homicidii voluntarii teneri nequit.

XVIII.

Non assentior Ampl. VAN DEINSE (qui nec ipse sibi constare videtur Algem. beg. van Strafr. § 418. § 153) generaliter in leges de delictis atque poenis statuenti , volenti non fieri injuriam.

XIX.

Effractura uti et introitus fraudulentus conclavis , non pro conatu furti habenda , sed tanquam delicta sui generis pnnienda.

XX.

Minus recte CARNOT ad art. 317 C. P. statuit , obstetrices etiam contineri verbis *et autres officiers de santé*.

— 9 —

XXI.

Gratia a damnato recusari nequit.

XXII.

Usum machinarum humano generi prodesse affirmo.
